





DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

MILITARI
TESTAMENTO

1783, 3.

QUAM
EX DECRETO

10

JURIS-CONSULTORUM ORDINIS
PRO LICENTIA
GRADUM DOCTORIS
IN UTROQUE JURE

RITE OBTINENDI

DIE XXIX, JANUARIJ A. R. S. MDCCLXXXIII.

SOLEMNITER DEFENDET

BENEDICTUS FRANCISCUS CAROLUS
PANTALEON DURAND


P. 288,

METENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Literis JOH. HENRICI HEITZII Univerſitatis Typog.



*Temere in acie versari, & manu cum hoste
confligere, immane quiddam, & belluarum
simile est. Sed cum tempus, necessitasque
postulat, decertandum manu est, & mors
servituti, turpitudini que anteponenda.*

CICERO de Officiis L. I. C. 23.



Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
MILITARI TESTAMENTO.

PROLOGUS.

Jure Naturæ & Gentium testandi facultas hominibus competit. Solemnitates nullæ requiruntur, iis exceptis, quas necessaria supremæ voluntatis probatio exigit. In Civitatibus autem ista facultas plerumque variis modis, sæpe & otiosis subtilitatibus temperata & circumscripta est. Destitutum hinc aliqua solemnitate Juris Romani, quando nullum dicitur testamentum, id sane principiis Juris Naturalis posset videri dissentaneum. Respexit huc forte Constantinus Imp., quando in condenda ultima voluntate nil nisi essentialia Juris Naturæ sancivit, ut testatur EUSEBIUS *de Vita Constantini* L. IV. C. 26.

A 2

textu Græco ita Latine reddito: *Antiquis Legibus cautum fuerat, ut morientes, & ulimum, ut ita dicam, ducentes spiritum, certis quibusdam verbis testamenta scrupulose componerent; præscriptæque erant formulæ & solennitates, ac verba, quæ addi oporteret. Ex quo plurimæ fraudes admittebantur ad circumscribendam morientium voluntatem. Quod Imperator cum animadvertisset, hanc etiam legem emendavit: statuens ut nudis verbis, & qualicunque oratione testamentum condere morientibus liceret, & supremam voluntatem quovis scripto declarare, aut si mællent, sine scripto testari, id facerent adhibitis duntaxat testibus idoneis, qui fidem servare absque mendacio possent.* Et quamvis contra posset dici testamenta, quod præcis Germanis fuerint incognita, secundum *TACITUM de Morib. Germ. C. 20.* resque vivis hominibus inservire, ad mortuos nihil amplius pertinere, sufficere potestati suæ aliquem bona subjecta habuisse, donec vixerit, impune dispositiones ultra vitam extensas a reliquis negligi; quamvis etiam antiquis mortalium ad supremam voluntatem exsequendam a suis sæpissime juramentum exegerint, quasi nullo humano vinculo satis valido, juxta testimonia *DIODORI SICULI L. II. C. 33. DIONIS CASSII L. LIX. & JOSEPHI Antiquit. L. XVII. C. 10.* satis superque spectatum sit illud *LUGANI* dictum: *Nulla fides rebus post terga relictis.* Quamvis denique alii olim imminente jam fato heredes suos nuncupaverint & vivi inter eos bona distribuerint, quo ipso revera a vivis in vivos jus collatum, iidemque velut in possessionem bonorum statim immissi sint, ut patet ex *Genes. Cap. XXV. v. 5. 6.* quod in testamentis non obtinet, ubi heredi demum a morte testatoris jus in ipsius bona nasci incipit. Tamen potius dicendum esse mihi videtur, *Jure Gentium* vix esse modum alienandi tam firmum tamque favorabilem, quam qui fit testamento; adeoque *Apostolus* ipse testimonium de ejus validitate posteris tradidit *Epist.*



ad Galat. Cap. III. 15. κατὰ ἀνθρώπων λόγῳ ὁμοίως ἀιθροῦσι κεν
 κορυμίνην διαθήκην ἔδωκεν ἀδελφοῖς ἢ ἐπιδιαλάσσειται. *Fratres, (se-*
cundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testa-
mentum, nemo spernit, aut superordinat. Testamenti sub-
stantia cognata est dominio, & eo dato, juris naturalis,
ut dicit GROTIUS de Jure B. & P. L. II. C. VII. §. 14.
Hinc QUINTILIANUS eleganter Declam. 308. Et in more
civitatis, & in legibus positum est, ut quoties fieri poterit,
defunctorum testamento stetur: idque non mediocri ratione.
Neque enim aliud videtur solatium mortis, quam voluntas
ultra mortem: alioqui potest grave videri, etiam ipsum pa-
trimonium, si non integram legem habet: & cum omne jus
nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus.
Et cuilibet liberum est re sua cedere non modo statim,
sed etiam ex tempore certo & in certum casum; non modo
ut indubitato habeat, sed etiam ut habeat, nisi mihi ali-
ter postea visum fuerit, & ut usque ad illud tempus vel
usque ad eum casum ea res sit omnino mea. Sed ponam
testamentum esse inventum Juris Civilis, si hoc ad-
mitteretur, nulla etiam foret successio ab intestato, quæ
derivatur ex conjectura voluntatis defuncti, nec tamen
desiderat, ut aditio statim fiat. Expressa vero voluntas
plus quam voluntatis conjectura valere debet. Testamenti
factionem porro ab omni seculorum memoria & apud
omnes Gentes, exceptis Germanis, si TACITO fides, in
usu fuisse facile credo. Usitata fuit apud Hebræos quod
apparet ex Genes. Cap. XV. 2. & Sirachide Cap. XXXIII.
20. Testamenta THEOPHRASTI, STRATONIS, LYCONIS
habes apud DIOGENEM LAERTIUM L. V. Vitar. Ex jam
prolatis recte inferitur testamenti factionem in Jure naturæ
fundatam: solennia Jure Civili diversarum Civitatum ei
esse adjecta. Jus Romanum tamen in doctrina de ultimis
voluntatibus quibusdam in casibus ad Juris Naturæ im-
mutabile & divinum suffragium se accommodavit, cen-

tisque personis, lætum dictu est, anxiam solemnitatum observationem condonavit, potissimumque militibus. NUDA enim MILITUM VOLUNTAS voces sunt, quibus in militari testamento tessera inscripta est, quo tacito signo ut Iyra Apollinem istud dignoscas. Jam mihi, qui pacis negotia cum professione armorum summa cum voluptate conjungo, quid veteres & novi Sacerdotes Justitiæ, quid nostri Reges, quid exteri Principes de testamento militari constituerunt, aperire animus Tu, Benevole Lector, si quid Tuæ sententiæ, si quid veritati contrarium dixi, non me promptius monebis errantem, quam ego monentem sequar. Bene Vale.

§. I.

Quid sint Testamenta privilegiata.

Solemnitates in testamento perfecto five paganico requisitæ, in ipsis Legibus subtilitates ¹⁾, scrupulositates ²⁾ nimix & miseræ vocantur diligentix ³⁾, multasque testamenta subvertendi præbent occasiones; hinc Imperator ab illarum observatione, quædam testamenta in totum, quædam pro parte excepit, quæ ideo vocantur testamenta privilegiata seu minus solemnia, quod absque solemnitatibus civilibus jure singulari perficiantur ⁴⁾. Remittitur autem vel omnis vel aliqua solemnitas, militibus, ob favorem in liberos parentibus ⁵⁾, ob imperitiam rusticis ⁶⁾,

1) l. f. C. de testam.

2) l. 12. ff. de injust. rupt. irrit.

3) l. 88. §. 17. ff. de Leg. II.

4) BACHOV. ad TREUTLER. Vol. II. Disp. 10. th. 6.

5) l. 21. §. 1. C. de testam.

ob metum pestis 7), ob piam causam 8). Eorum anti-
quissima species est militare testamentum. Nam ut in aliis
causis milites multis utuntur privilegiis, veluti quod res
ipforum pecunia per alium emtas utiliter vindicare pos-
sint, impuae jus ignorent, ultra vires hereditatis non
obligentur, etiamsi sine inventario adierint, beneficio
competentiae muniti sint, de futura hereditate inter se pa-
cisci queant, agentes indebiti conditione probandi onus
rejeciant in adversarios, res eorum non professae vectiga-
lis non soluti causa non cadant in commissum, aliaque
plura, quae passim reperiuntur; sic in hoc etiam iis gau-
dent, ut testamentum quoquo modo & absque omni fo-
lennitate jure condere possint 9).

§. II.

Nec dubium est, an milites adhuc hodie in Germa-
nia hoc privilegio gaudeant, postquam ipsa praxi con-
firmatum est 10). Ambiguum quidem videri posset, an
etiam gregariis militibus concessum sit; cum in Recessu
Imperii de A. 1512. Tit. von Testamenten, saltem mentio
facta sit von denen Rittern, qua voce vulgo Nobiles Me-
diati aut Immediati designantur. MEJERUS vero in *Colleg.
Jurid. Argent. h. t.* §. 3. omnes milites ista denominatione
contineri docuit, qui idcirco etiam vocantur *die Rit-
tersleute*. Ratio quoque hujus privilegii pro hodiernis
moribus ex parte eadem est, cum nostri milites aequae ac
Romani, maximis periculis obnoxii sint. Quoad Galliae

6) l. fin. C. d. t.

7) l. 8. C. eod.

8) C. 11. X. de testam.

9) l. 1. 20. 24. ff. l. 6. 7. ult. C. de testam. milit. l. 19. C. de
pactis.

10) GAIL L. II. Obs. 118.

usum FERRIÈRE ad *Inst.* T. II. p. 313. *h. t.* scribit: *Ce que nous venons de dire touchant la faveur des testamens militaires, est reçu parmi nous, tant en Pays Coutumier, qu'en Pays du Droit écrit, on peut ajouter même, que les circonstances, qui doivent les accompagner selon le Droit Romain, doivent se rencontrer suivant notre usage pour leur validité. Chez les Romains le privilege militaire ne dérogeoit qu'aux solemnités, & aux règles des Testamens communs, sans donner atteinte à la disposition de la Loi touchant la faculté de tester. Il en est de même parmi nous non seulement en Pays de Droit écrit, mais encore en Pays Coutumier; car le privilege militaire ne déroge point aux dispositions des Coutumes pour ce qui concerne la prohibition de tester des propres, ou pour ce qui concerne l'âge de tester prescrit par les mêmes Coutumes.*

§. III.

Qui in Jure Romano dicantur Pagani.

Paganici & militaris testamenti vocabula cum sibi videantur opposita, inquirendum hic erit, unde nomen *paganorum* descendat, quemque significatum habeat. ROBERTUS STEPHANUS ¹¹⁾ *paganum* a pago dictum esse & significare aut rusticum ex loco CICERONIS ¹²⁾, aut eum qui miles non est ex JUVENALI ¹³⁾ ostendit, ubi hæc:

Citius falsum producere testem

Contra paganum possis, quam vera loquentem,

Contra fortunam armati, contraque pudorem.

Hocque

¹¹⁾ *Thef. Ling. Latin.* Tom. III. p. 392.

¹²⁾ *Pro Domo.* Cap. 28.

¹³⁾ *Satyr.* XVI. 33. sqq.

Hocque sensu in Jure Civili dicimus testamentum pagānum, quod fit a non militantibus, & paganos qui non militant. Hoc significatu JUSTINIANUS *in fine §. 1. Inst. h. t.* vocat testamenta paganorum; & ita intelligenda oppositio militis & pagani in L. 14. ff. *de Poenis*. L. ult. ff. *ad Leg. Falcidiam*. L. 17. §. 2. ff. h. t. L. 26. pr. ff. *de Lib. & Posth.* Sed quæritur appellationis ratio. Forte facit aliquid ad rem, quod scribit CAROLUS SIGONIUS ¹⁴⁾, ex DIONYSIO HALICARNASSENSI, quod Servius Tullius plebem Romanam divideret in pagos, plebem scilicet vi-liorem, quæ a militia fere immunis, in qua & erant scri-bæ, apparitores, libertini &c. ut id notat SIGONIUS *d. loco*. Hæc fuisse videtur prima ratio nominis, ut essent contemti, qui pagani dicebantur, cum ex adverso mili-tes apud Romanos in maximo semper fuerint honore. Temporis progressu factum videtur, ut omnes actu non militantes pagani dicerentur. Nec aliter intelligo TACI-TUM ¹⁵⁾ *inter paganos*, dicentem, *corruptior miles*: & SUE-TONIUM in *Vita Augusti* Cap. 27. *Turba paganorum apud milites*, ac præcipue VEGETIUM ¹⁶⁾ *ibi: Si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat a milite* ¹⁷⁾,

§. IV.

Definitio Militaris Testamenti.

Testamentum militare describitur testamentum privi-legiatum a milite in expeditione constituto, neglectis le-gibus omnibus, quæ ad solemnitatem pertinent, condi-

¹⁴⁾ *De antiq. Jure Populi Romani* L. II. C. 7.

¹⁵⁾ *Hist.* I. 53.

¹⁶⁾ *Institutorum Rei Militaris* L. II. C. 23.

¹⁷⁾ V. PITISCI *Lexicon*; VINNIUS *ad Inst. h. t.* FUCHSII *Para-phras. Inst. ad h. t.*

tum¹⁸⁾. FERRIERE eodem sensu id explicat¹⁹⁾, *Testamentum militare est celui, qui est fait à l'armée par un homme de guerre, & qui n'est assujetti à aucunes solemnités requises pour la validité des testamens pourvû qu'il soit fait in expeditione.* Est autem privilegium hoc Imperatorum Constitutionibus concessum *pr. Inst. h. t.* eo ordine qui recensetur in L. 1. *pr. ff. h. t.* Quemadmodum enim olim etiam ante XII. Tabb. milites in procinctu sive in cinctu Gabino ad proelium ituri testari poterant, ita ut imminente acie scutis manus inferentes togasque accingentes; tribus aut quatuor audientibus heredem suum nuncuparent²⁰⁾; ita & postea liberam testamenti factionem militibus, non quidem in procinctu, sed tamen in periculo constitutis *primum Julius Cæsar reddidit²¹⁾, sed ea concessio tempora-*

18) l. 1. in f. C. h. t. LAUTERBACH Colleg. ff. Tom. II. p. 902.

19) *Dictionn. art. Testament militaire.*

20) PLUTARCHUS in Coriolano p. 198. VELLEJ. PATERCUL. L. II. C. 5. SERVIUS ad Virgiliti Aeneid. L. VII. v. 612. *Gabinus cinctus est, inquit, toga sic in tergum rejecta, ut ima ejus lacinia a tergo revocata, hominem cingat.* Hoc autem vestimento veteres Latini, quum nondum arma haberent, præcincti togis bellabant. Unde etiam milites in procinctu esse dicebantur. HEINECCIUS ad ff. h. t. addit: *Cinctum ipsum sumsisse, qui Diis Manibus pro exercitu devovebantur LIV. X. 7. & 28. Et inde esse, quod rata esset militum in procinctu heredem nuncupantium voluntas. Quicquid enim agebant devoti, id ratum habuisse populum, adeo ut DECIVS Consul devotus etiam lictores daret Livio, Pontifici maximo; eumque Proprietorem esse juberet LIV. X. 29. quod alias ne in extremo quidem periculo tulisset populus.* V. etiam HEINECCII *Antiquitates ad h. t.*

21) Et post eum AUGUSTUS *pr. Inst. quib. non est permiff.* Testamentum enim in procinctu ab usu recesserat, teste JUSTINIANO §. 1. *Inst. de testam. ord.* Et quidem jam tempore CICERONIS, quia jam tum bella auspiciato geri desierant. CICERO de natura Deorum L. II. Cap. 3. Postea ea privilegia restitui militibus placuit, postquam et in bellis civilibus et ab Augusti temporibus mercenarium militem scribi placuit. *Intererat enim*

lis erat. Postea vero primus Divus Titus dedit. Post hoc Domitianus. Postea Divus Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit, eamque & Trajanus secutus est L. i. pr. ff. h. t. Alii Juri Gentium hanc concessionem adscribunt, propterea quod Jus Gentium tantum attendatur, non Civile; de quo LUDWELL. in *Tract. de Ultimis Voluntat.* p. 327.

§. V.

Quenam sint hujus Privilegii Causæ.

Homines aut in bello vivunt aut in pace. Quos pacis dulcedo perfundit pro vitæ suæ modo quisque animum a Deo ingeneratum formare bonis artibus, quæ ipsa docente natura sunt innumerabiles, delectare litteris, scientia perficere, & ad summum perducere potest. Inde quid mirum, si veteres Juris Consulti ignorantiam Juris privatis nocere docuerunt, quippe qui nulla re a consuetis in republica moribus abducuntur. Cui sententiæ se quoque adscripsit Imperator GORDIANUS in l. 2. C. de *Juris & facti ignorantia* dicens: *Cum ignorantia juris facile excusari non possis, si major annis viginti quinque hereditati matris tuæ renunciasti, sera prece subveniri tibi desideras.* Si vero unquam, profecto in doctrina de testamentis, Jus Romanum diligentem Legum observationem desiderat. Quo vero quasi piaculo soluti sunt viri militares, quibus die nocteque hosti nocendo intentis propter nimiam imperitiam & jura civilia ignorare, & extra solennitates testari permissum est l. 40. ff. de *adm. tut.* Hæc ratio vero adæquata & sola non est. Omnes enim fere Romani Cives stipendia fecerunt, hinc sæpe accidisse

Principum homines compluribus hujusmodi privilegiis ad militum invitari. HELNECCIUS ad *Inst.* h. t. §. 502. in not.

B 2

oportuit, ut etiam periti juris stipendia mererent, omnibus autem militantibus datum hoc privilegium fuisse certum est. Nonne foeminae etiam Juris imperitae sunt, iis tamen non concessum est hoc privilegium; sed rusticici imperiti sunt, qui habent necesse adhibere quinque testes. I. ult. C. h. t. Etiam alii non milites deprehensi in hostico jure militari testantur l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. milit. Denique imperitia haec durat etiam si milites in expeditione non occupati sint: quo casu tamen jure militari testamentum condere non possunt §. I. Inst. in f. h. t.

S. VI.

Hac quoque armatae militiae simplicitatem ut alteram privilegii rationem refert l. 3. C. h. t. quæ inter armorum strepitus & clangorem tubarum verba Juris Civilis & anxiam diligentemque ordinationem testamentorum in testium numero, rogatione, subscriptione, & subscriptione attendere non sinebat. Hinc belle TACITUS in Agricola Cap. 9. *Credunt plerique, inquit, militibus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis jurisdictionis securæ & obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat.* Et Imperator TRAJANUS apud ULPIANUM l. 1. ff. de Testam. milit. militibus liberam testamenti facionem concedens mandatis suis inseruit: *Secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque committentes, simplicitati eorum consulendum existimavi, ut quo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta quomodo volent: faciant quomodo poterint sufficiatque ad bonorum suorum divisionem faciendam nuda voluntas testatoris* ²¹⁾ *. Arma enim magis quam leges scire præsumitur miles. Adjungi potest, ut

²¹⁾ * HEINECCIUS *Antiquit. Rom. L. II. h. t. Ignorantiam antiquitatum produnt, ait, qui hujus generis testamenta ob mili-*

ulterior hujus privilegii causa honor militiæ, aut pericula necis, quæ milites reipublicæ causa sustinent, ex quo effectum est: ut Civilia Jura iis mirabiliter faveant. Quo spectat & illud VIRGILII *Aeneid.* L. II. 353.

moriāmur, & in media arma ruamus:

Una salus victis nullam sperare salutem.

Et L. X. v. 118. fqq.

*Interæ Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde viros, & mænia cingere flammis.
Ast legio Aeneadam vallis obsessa tenetur,
Nec spes ulla fugæ, miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.*

§. VII.

Verum enimvero fatendum est Imperatores militibus testandi facultatem dedisse maximè ob causam ab HEINECCIO in not §. præced. prolatam, nempe ut homines alligerentur ad militiam, & eo lubentius nomina darent. Selectæ enim loco ab eo tempore, quo id privilegium militibus concessum erat, mercenaria militia introducta est, id ita Augusto suadente Mæcenate, de quo DIO CASSIUS L. LII. p. 482. in Versione ita loquitur: *Milites autem perpetuo alendi sunt ex Civibus fœderatis, ac subditis delecti, ad provincias tutandas pro ratione necessitatis (temporibus diversis) plures paucioresve, qui semper in armis sint, bellicasque artes assiduo exerceant, hyberna locis opportunissimis habeant, certum militiæ tempus expleant, ita ut nonnihil*

tum simplicitatem inventa putant arg. princ. Inst. de milit. testam. Nimirum lecta erat antiqua militia ex civibus & quidem non ex ultima face plebis, sed ex flore delibato civium. Quare potius ad pelliciendos in militiam animos inventum est hoc testandi privilegium.

ætatis etiam ante senium superfit. Non enim ex tempore contractis auxiliis amplius uti possumus, qui & tam procul ab extremis Imperii nostri finibus distamus. Itaque hæc mea est sententia, ut robustissimi omnes, quique sibi alendis quam minime sufficiunt, in exercitum conscribantur, ac in armis exercentur, reliqui omnes ab armis & re bellica vacent ²²⁾.

§. VIII.

Privilegium requirit, ut quis sit miles.

Militis descriptio.

Etymologia hujus vocis occurrit in l. i. §. i. ff. h. t. ubi ULPIANUS: Miles autem vocatur, vel a militia, id est duritia, quam pro nobis sustinent, aut a multitudine, aut a malo, quod arcere milites solent, aut a numero mille hominum, ductum a Græco verbo, tractum a tagmate; nam Græci mille hominum multitudinem μάζα appellat, quasi millesimum quemque dictum, unde ipsum ducem χιλιαρχον appellant. Has deductiones EVERARDUS OTTO ²³⁾ stoicas nugas appellat, & dictam vocem vel ab ἴδος, frenum, derivat ²⁴⁾ vel a μίλιε, popularis ²⁵⁾. Quamvis GOTHOFREDUS ad. d. l. cum FESTO a mollitia, κατὰ ἀσθενεσιν militem dictum afferat, quod nihil molle, sed potius quid asperum gerat; alii vero a malitia aut molestia vocabulum deducant. Quicquid sit Miles h. t. dicitur, qui in numeros relatus, stipendia meret, & in expeditione occupatus est. l. 14. ff. h. t. ut tamen cingendus habeatur pro cincto l. 43. eod. Cui convenit, quod FERRIERE ²⁶⁾ hac occa-

22) VINNIUS ad *Inst. h. t.* p. 344. & *ibid.* HEINECCIUS.

23) Ad *Inst. h. t.*

24) GRONOVIVS de *Sestert.* p. 698.

25) MENAG. *Amanit.* Cap. 39.

26) *Dist.* art. *Soldats.*

fione tradidit: Dans les Loix Romaines & les Ordonnances de nos Rois, on n'entend pas ordinairement par Soldats des fantassins & hommes de guerre, qui servent à pied moyennant certaine solde ou paye journalière, mais généralement tous les hommes de guerre occupés à défendre leur patrie. Ex eo tempore vero quis jure militari testari potest, ex quo in numeros relatus est, unde licet quis lectus tiro sit & publicis sumtibus iter faciat, nondum miles est, debet enim in numeros referri L. 42 ff. h. t. Quod & in Gallia obtinet teste d'ESPEISSES *Opp. T. II. P. I. n. III. p. 38. ubi: Le susdit Privilège n'est pas accordé au Soldat, dès le jour de son élection, mais seulement après qu'il a été mis au nombre des Soldats.*

§. IX.

Hujus rationis intuitu etiam manifestum est, hoc Privilegium non competere omnibus indistincte militibus, qui nullis obnoxii sunt periculis, quamvis istud nomen & his tribuatur L. 9. C. de Cohortalibus, quales sunt hodie Equites variorum Ordinum de quibus prolixè agit LIMNÆUS 27) & ENENCKEL 28). Non obstat quod in *Ordinat. Notar. Maxim. I. de A. 1512. Tit. von Testamenten: Und sollen die Notarien*, mentio facta sit der Ritter, requiritur enim, ut miles in expeditione sit constitutus, quando jure militari testari vult pr. l. h. t. Equites vero, de quibus loquor, aut raro aut nunquam militant, hinc & hoc Privilegium sibi vindicare nequeunt 29). Non solum hi, sed & alii milites ab hoc privilegio jure militari testandi excluduntur, & quidem primo illi, qui circum-

27) De Jur. Publ. L. VI. Cap. 11.

28) De Privileg. Milit. L. I. C. 3.

29) MANTICA de Conjectur. ult. volunt. L. VI. tit. 1. n. 35.

foranei vocantur, vagi pagatim grassantes, die Freyben-
ter, herrenlose Knechte, in quos Principes Imperii, in
quorum provinciis hi latrones grassantur, ferro & igne
animadvertere jubentur, prolixius ut disponitur in Re-
cess. Imperii de A. 1495. & 1521. Tit. von den Einspen-
nigen Knechten. WEHNERUS voce Freyben-ter scribit cir-
cumforaneos milites vocamus, gefährliche Reißigen und
Fußknechte, Landläufer, Bruderveit, Hanenreuter &c.
qui incertis pedibus vicatim & pagatim per imperium
catervatim vagantur & rusticos misere concutiunt, exe-
dunt, divexant & prædantur 30).

§. X.

Secundo excluduntur milites togati seu quasi milites,
ut Clerici, Studiosi & Advocati 31), quamvis postremi
fortissimis militibus æquiparentur. Quod & in Gallia ob-
servari docet D'ESPEISSES 32), ubi hæc reperiuntur: *Bien
qu'en divers lieux du Droit les Avocats & Docteurs actuelle-
ment lisans soient égalés aux soldats L. 14. C. de Advoc.
div. jud. 33).* Toutefois en ce lieu ils n'ont point de privilege,
&

30) *Observ. Practic. h. v. RÜDINGER Cent. II. Obs. 47. SPEIDEL.
h. v. & potissimum SCHERZII Glossarium a Viro Clarissimo JE-
REMIA JACOBO OBERLINO nuper denuo editum ac suppletum
voc. Garde, Garden & Gartenknecht. LAUTERBACH Disp. de
benefic. compet. th. 23.*

31) HOPP. ad Inst. h. t.

32) *Opp. T. II. P. I. p. 38.*

33) En elegantissima Legis verba: *Advocati, qui dirimunt ambi-
gua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sepe
publicis ac privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, non
minus provident humano generi, quam si præliis atque vul-
neribus patriam, parentesque salvarent. Nec enim solos no-
stro imperio militare credimus illos, qui gladiis, elypeis &*

Et leurs testamens ne sont pas valables, si toutes les solemnités du Droit n'y ont été observées, bien qu'ils ayent testé, de ce qu'ils ont gagné en l'exercice de leurs charges. — Il n'y a pas raison de l'étendre aux personnes, qui font métier de savoir. Il en est de même de tous autres testamens faits du pécule quasi castrense par ceux qui en ont, comme Magistrats, Medecins, & autres personnes relevées en dignité, & qui reçoivent gage du public; comme aussi les Ecclesiastiques. Tertio dictum privilegium non competit illis, qui tempore facti testamenti nondum milites fuere, sed postea esse cœperunt, quorum testamentum ante militiam non jure factum, licet in militia postea decesserint, non valet, nisi milites facti nova aliqua testatione verbis vel factis id confirmaverint. L. 25. ff. h. t. FERRIÈRE ad Inst. §. 4. & in Gallia hoc observari docet: La disposition de ce Paragraphe est observée par toute la France. C'est pourquoi si un soldat avoit fait un testament ante militiam, & qu'il déclarât étant in castris, qu'il veut & entend que ce testament soit exécuté, il sera valable, quoique fait sans les solemnités requises. M. DE CAMBOLAS en ses Arrêts Liv. 3. chap. 37. en rapporte un qui l'a jugé ainsi.

§. XI.

Requiritur, ut miles in expeditione occupatus sit.

Requiritur porro, ut qui jure militari valide testari volunt, in expeditione vel castris versentur *pr. Inst. h. t. in der Schlachtordnung, Sturm und Lager, da man des Feinds stündlich gewärtig*, quod requisitum a Justiniano demum introductum L. pen. C. h. t. In expeditione au-

thoracibus nituntur, sed etiam advocatos; militant namque caesarum patroni, qui gloriose vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt.

C

tem milites constituti sunt, per totum illud tempus, quod in armis procedunt, aut si jam parati stant ad confligendum cum hoste, sive eum persequantur, sive eundem imminem expectent, vel ut invadant, vel invasurum sustineant & propulsent, intenti in omnes rei bene gerendae opportunitates 34). Expeditio autem dicta est, quod milites sint expediti ad confligendum cum hoste, quandocunque casus ingruat 35). Hinc CASSIODORUS L. I. Var. 17. *Hanc merito expeditionem nominare majores, quia mens devota praeliis, non debet aliis cogitationibus occupari* 36). Quapropter LEYSERUS cum interrogaretur aliquando, an magister militum senio & vulneribus fractus, ac propterea militaribus servitiis, parte tamen salarii sub titulo *der Gnadengelder* retenta, solutis jure militari testari posset, negavit, quod in numeris non esset, & nomen militis honorarium sine re gereret; arg. L. 42. ff. h. t. 37). Et hodie etiam in Gallia requiritur, ut miles, qui jure militari testatur, in expeditione sit constitutus vi Art. XXX. *Ordin. Reg. de Testamentis ubi: La disposition des Articles XXVII. XXVIII. & XXIX. n'aura lieu, qu'en faveur de ceux, qui seront actuellement en expedition militaire, ou qui seront en Quartier ou Garnison hors le Royaume, ou prisonniers chez les ennemis; sans que ceux qui seront en quartier ou en Garnison dans le Royaume puissent profiter de la disposition desdits Articles, si ce n'est qu'ils fussent dans une place assiégée, ou dans une Citadelle ou autres lieux dont les portes fussent fermées, & la communication interrompue à cause de la Guerre.*

34) CARPZOV. L. VI. Resp. Elect. 14. n. 12.

35) VINNIUS ad *Inst.* h. t.

36) HARPRECHT *Diff. de testam. pagan. in host. consecr.* th. 72.

LAUTERBACH *Coll. ff. h. t. §. VI.*

37) *Medic. ad Pand. Specim.* 366.

In hybernis milites hoc privilegio uti non possunt.

Milites autem in hybernis degentes limitanei & præfidiarii hoc jure uti non possunt, sed jure communi testari debent. Nam qui sunt in hybernis aut præfidiis, neutiquam dici possunt esse in expeditione aut castris, quod tamen expresse requiritur *pr. Inst. h. t.* hyberna enim plerumque in locis tutis & remotioribus constitui solent. Cessante autem causa privilegii & ipsum cessat privilegium 38). Plurimi tamen Doctores hos quoque in expeditione constitutos esse arbitrantur. Ita CUJACIUS ex facto consultus *Consult. 40.* respondit, milites etiam in hybernis & præfidiis locatos ibidem jure privilegii sui testari posse 39). Verum recte BRUNNEMANNUS *ad l. ult. ff. h. t.* observat, si istud admittatur rationem non posse perspicui, cur JUSTINIANUS hoc privilegium ad eos, qui in expeditione sunt, voluerit restringere. Et sic omnes milites actu tales essent in expeditione, nisi forte cum comæatu absint. Non aliter itaque videtur recipienda CUJACII sententia, quam sub istis duabus limitationibus, quas notat BACHOVIIUS ad TRUFUTLER. *Vol. II. Disp. 20. th. 6. 1º.* ut excubent in limitibus nulla facta pace, nullis induciis. 2º. ut excubent in locis, quæ perpetuis seu quotidianis hostium excursionibus exposita sunt, ita ut tales milites quælibet pericula subeunda pro defensione reipublicæ parati esse debeant 40). Quod Galliam attinet, vid. circa

38) VINNIUS ad *Inst. h. t.*

39) CUJAC. in *Comm. ad Lib. XIX. quest. Papin.* ad l. 35. ff. de *testam. milit.* v. quoque STRUVIUS *Exercit. 24. §. 4.* CONNANUS L. IX. *Comment. C. 5. Paul. Christin.* Vol. I. *Decif. 109. n. 9.*

40) RICHTER. *Decif. 38. n. 13.* LUDWELL. *de ult. volunt. P. II. C. 23.*

hanc rem paragraph. præced. Huc facit quoque Casus a Viro Celeberr. d'ESPEISSES enarratus ⁴¹⁾. C'est pourquoy, ait, un homme prétendant, qu'un Soldat qui avoit été blessé sur les murailles de sa Ville, avoit fait un testament militaire, par le quel il lui avoit laissé un legs; & d'autre part étant soutenu, que ce Soldat n'avoit pu parler dès qu'il fut blessé, par Arrêt des Grandes-Jours de Clermont de l'an 1582. les parties furent admises à vérifier leur fait. PAPON en ses Arrêts L. XX. T. I. Art. 23. & LOUET Lettre T. Chap. 8. Si la cour eut estimé que le testateur n'avoit pas pu tester par privilege militaire, puisqu'on ne prétendoit pas de faire subsister le testament que par ce privilege, elle n'auroit pas admis les parties à vérifier leur faits. Ce testament militaire jouit des susdits privileges, parcequ'il est écrit, non tant avec de l'encre, qu'avec son sang, non tant sur le papier que sur la lame de son épée. Capti vero ab hostibus l. 10. ff. h. t. & obsides jure militari testari nequeunt. LAUTERB. Coll. ff. h. t. §. VII. Quoniam tamen quandoque dubium esse potest, an supra dictæ limitationes evenerint, consultum esse videtur, ut milites simul inserant testamento si fieri potest, belli circumstantias, veluti obsesam fuisse civitatem &c. Facile enim tunc constabit, utrum tempore conditi testamenti tales rerum vicissitudines & casus adfuerint, nec ne. Idem dicendum de classe maritima; ubi attendendum, an periculum adfit nec ne? ⁴²⁾.

§. XIII.

An & alii jure militari testari possint.

Ex benigna interpretatione hoc privilegium conce-

⁴¹⁾ Opp. T. II. P. I. Section. IV. p. 37.

⁴²⁾ STRYCK Cautel. testam. Cap. IX. §. 7.

ditur etiam iis, licet non sint milites, qui in hostico deprehenduntur, ibique decedunt sive in loco ubi milites ad hostilem pugnam congregati sunt 33). Cum enim & illi in procinctu stent & eadem pericula experiantur, & milites illis carere nequeant, jura quoque eadem merito illis tribuuntur 44). Tales sunt legati, Clerici, Consiliarii bellici, Secretarii, Medici, Chirurghi, Propola castrenses, Marquetenter, Vivandiers, Nuntii, Exploratores, fabri, laniones, coqui, aurigæ, nautæ, remiges, & uxores militum, quæ maritos in expeditione comitantur *L. 2. C. de Uxorib milit.* HARPRECHT *l. c. th. 34.* ad illos omnes applicat, qui honesta de causa in castris eo tempore versantur, ubi proelium antea haud prævisum imminet; tum quia *l. ult ff. h. t. & l. un ff. de bonor. poss. ex testam milit.* hanc extensionem amplecti videntur, tum ob rationem istorum textuum, etenim & hos talia pericula manent, quæ diligentem solennitatum observationem impediunt 45). Calones vero nec non meretriciæ mulieres aliæque similis farinae homines hoc privilegio minime gaudent, adeoque ab ipso exercitu arceri jubentur *Recess. Imp. Spirens. de A. 1570. Art. 68.* 46). Cum autem specialiter solennitates remissæ sint militibus in expeditione constitutis & in genere illis, qui cum exercitu in hostico deprehenduntur; proinde belli tempore non omnibus in illa provincia, ubi bellum geritur, degentibus jure militari testari permissum 47). Hodie in Gallia etiam illis, qui exercitum in expeditione sequuntur, mili-

43) HARPRECHT *Diff. de testam. pag. in hostic. conf. th. 34. & sq.*

44) *l. ult ff. h. t. l. un. pr. ff. de bonor. poss. ex testam. milit.*

45) FINGKELTHAUS. *Obf. 46. BRUNNEM. ad dd. LL. SCHILTER. Pr. Jur. Rom. Exerc. 38. §. 109.*

46) LAUTERBACH *Diff. de benef. compet. th. 33.*

47) CARPZOV, *Jurispr. for. P. III. C. 4. def. 14.*

tari jure testamentum condere permissum est. Ita enim Art. XXXI. Ordin. Regiæ de testam. præcipit: *Ceux qui n'étant ni Officiers, ni engagés dans nos Troupes, se trouveront, à la suite de nos Armées ou chez les ennemis soit à cause de leurs Emplois, ou fonctions, soit pour le Service qu'ils rendent à nos Officiers, soit à l'occasion de sa Fourriture des vivres & munitions de nos troupes, pourront faire leurs dernières dispositions dans la forme portée par les Articles XXVII. XXVIII. & XXIX & dans les cas marqués par l'Art. XXX 48)*. Nec in Germania paganis hoc privilegium denegari, si in hostico deprehenduntur, communiter docent Doctores, quod & Praxi confirmatur 49). Ad validitatem testamenti a pagano in hostico conditi utrumque simul requiritur, ut testamentum in hostico confecerit & ibi decesserit, alias vires suas habere desinit 50). Tamen & ille in hostico mortuus dici potest, ut mihi videtur, qui in acie gravi vulnere perfoffus alibi post aliquot dies moritur, nam vulnera talia esse possunt, ut omnem adimant facultatem solemniter testandi. 51) Sed ante omnia paganus, cui hoc privilegio uti animus est, diligenter considerare debet, an jure communi testamentifactionem habeat? alias enim frustra jure militari testamentum conderet 52). Propterea si quis adhuc fuit in patria potestate constitutus & peculium adventitium extraordinarium habet, per mortis causa donationem declarare debet, quis bona sua post exitum possideat, nec dubitandum est, quin necessitas adhibendi quinque testes ei

48) V. §. XI. præced. D'ESPEISSES l. c. n. 12. JULIUS CLARUS de testam. q. 15. n. 5. PAPON. L. VII. tit. des testamens.

49) Post HARPRECHTUM, WESENBECIUM, aliosque complures CARPZOVIVS P. III. C. 4. def. 26. n. 5.

50) FINCRETH. Obs. 46. n. 25. GAIL. L. II. Obs. 118. n. 7.

51) STRYCK. Caut. testam. p. 383. h. t. §. 25.

52) HARPRECHT c. l. th. 20.

remissa sit, cum hoc solennitatem faciat, quæ remissa est. Modo donatio vero talis sit, ut donatarius eam non respuat, fecus enim illa evanesceret 53).

§. XIV.

Militum testamenta imperfecta jure militari valent.

Quamvis miles & ceteri castra sequentes jure communi testari voluerint, tamen & hoc privilegio gaudent; testamento enim, quod jure communi conditum fuit, declarato imperfecto, valebit jure militari l. 3. ff. de testam. milit. Neque enim qui voluit jure communi testari, statim beneficio militari renunciavit, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua judicia, sed magis utroque genere uti voluisse propter fortuitos casus; quasi subaudita tacite Clausula Codicillari. Et hoc ipsum est, quod & Paulus voluit, dum scripsit: *Miles, si testamentum imperfectum relinquit, scriptura, quæ profertur, perfecti testamenti potestatem obtinet; nam militis testamentum sola perficitur voluntate* L. 35. ff. h. t. Sed & ex eadem ratione est, quod si miles suum testamentum cancellaverit, vel inciderit, & tamen mox iterum valere voluerit, illud valiturum sit ex suprema voluntate ejus. Et ideo, cum miles suum induxisset testamentum, mox annulo suo signasset, considerandum erit, quo proposito id egerit; nam si mutatae voluntatis eum poenituisse probatum fuerit, renovatum testamentum intelligitur, quod si ideo, ne ea quæ scripta fuerint, legi possint, causa irriti facti iudicii potior existimatur. L. 15. §. 1. ff. h. t.

53) STRYCK. *caut. test.* Cap. IX. §. XXI.

§. XV.

Jure militari testantibus omnes solemnitates remissa sunt.

Jure Gentium ad cujuscunque testamenti validitatem requiritur heredis institutio, ideoque & in militis testamento necessaria est. §. 1. *Inst. h. t.* 54). Non requiritur autem, ut actū fiat continuo, ut adhibeantur septem testes idonei, & specialiter ad hoc rogati, cum rogatio testium sit solemnitas Juris Civilis, quæ in hoc testamento remissa *pr. Inst. h. t.* nec subscriptione & subsignatione testium opus est; placuitque nudam militum voluntatem non minus pro testamento servari, quam aliorum solemnem descriptionem L. 1. ff. h. t. L. 3. C. eod.

§. XVI.

Non solum vero externis solemnitatibus soluta sunt testamenta militaria, sed & alia multa militibus circa testamentum permessa sunt, quæ paganis interdicta. Testari enim possunt, licet de statu suo dubitent, an filii familias an sui juris sint 55), &, si placuerit, pro parte bonorum testati, & pro parte intestati decedere possunt 56). Possunt etiam pluribus relictis testamentis decedere, sic ut omnia valeant, nisi in singulis de tota disposuerint hereditate, & priori non contraria sit posterior voluntas 57). Licitum præterea iis est & deportatos instituere ac fere omnes

54) LUDWELL de *ult. volunt.* P. II. C. 3. p. 320. HARPRECHT l. c. th. 57.

55) l. II. §. I. ff. h. t.

56) l. 6. l. 15. §. 4. l. 19. §. ult. l. 37. ff. h. t.

57) l. 19. l. 25. ff. h. t.

omnes alios qui testamenti factionem non habent ⁵⁸⁾. Ideoque quamvis miles focariæ ne nummum quidem donare inter vivos possit ⁵⁹⁾, miles tamen eam heredem instituere vel saltem in ejus favorem mortis causa disponere potest ⁶⁰⁾. Ad hæc impune & sine metu rescissionis milites liberos, quos in potestate habent scienter præterire ⁶¹⁾ heredem ex certo tempore aut ad certum tempus scribere ⁶²⁾, filio impuberi ultra pubertatem ⁶³⁾, emancipato aut cuicumque extraneo in secundum casum directo substituere ⁶⁴⁾, hereditatem Codicillis directo dare ⁶⁵⁾, atque ipsam etiam facere liberis impuberibus substitutionem pupillarem, licet sibi testamentum haud faciant ⁶⁶⁾, valide possunt.

§. XVII.

In militum testamento porro locum non habet detractio Quartæ Falcidiæ & licet illis ultra dodrantem legare, ⁶⁷⁾ nec Trebellianicæ detractio ei subjacent, quæ per eos fideicommissis relicta sunt ⁶⁸⁾. Sola militis voluntas ad infirmandum testamentum sufficit ⁶⁹⁾, & invito eo, excepta maxima aut media capitis deminutione ⁷⁰⁾ testamentum ejus non infirmatur; nec agnatione

- 58) l. 5. C. h. t. l. 13. §. 2. ff. h. t. l. 7. §. 1. ff. de legatis III.
 59) l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor.
 60) l. 3. C. de condit. insert.
 61) l. 9. & sq. C. h. t.
 62) l. 15. §. 4. C. h. t.
 63) l. 15. ff. de vulg. & pup. subst.
 64) l. 5. l. 41. §. 4. ff. l. 6. C. h. t.
 65) l. 36. ff. eod.
 66) l. 15. §. pen. l. 41. §. ult. ff. h. t.
 67) l. 17. inf. h. t. l. 14. Cod. eod. l. 7. C. ad leg. Falcid.
 68) l. 92. ff. ad leg. Falcid.
 69) l. 15. §. 1. ff. h. t.
 70) l. 6. §. 6. & sq. ff. de injust. rupt.

D

posthumi rumpitur, modo miles uxorem gravidam esse sciverit ⁷¹⁾; attamen hoc casu posthumo præterito alimenta deberi monent Doctores. Nec testamenta eorum aut Codicilli de castrensi peculio conditi infirmantur ex eo, quod ad ultimum supplicium damnati sint, adeo ut & post condemnationem recte testentur, nisi id contigerit ex crimine communi, vel ex delicto militari fidem ruptam continente ⁷²⁾, d'ESPEISSES ⁷³⁾ tradit hoc loco : *Le Soldat, qui porte les armes contre le Roi ne jouit pas de ce privilege.* BRODEAU sur LOUET Lettre T. Chap. 8. *Et ainsi a été jugé au Parlement de Paris le 2. Décembre 1598.* CHENU sur PAPON L. 20. Tit. I. Art 6. à la plaiderie duquel Arrêt, le Sieur Servin dit, que le même avoit été auparavant jugé. CHENU audit lieu.

§. XVIII.

Militis suprema voluntas quovis modo declarata valet.

Testamenta militaria, quantum ad solemnitates Juris vinculis haud subijci supra §. XV. dictum est. Quocunque igitur modo miles voluntatem declaraverit, valet ⁷⁴⁾. Constare autem potest duobus modis de militis voluntate, vel ipsius scriptura, vel per nuncupationem. Scripta voluntas valebit etiam nullis adhibitis testibus, quod ex leg. 15. C. h. t. perspicitur, ubi CONSTANTINUS M. eleganter ad Populum edixit : *Milites in expeditione degentes, si uxores aut filios aut amicos, aut am-*

71) l. 7. l. 8. ff. l. 9. l. 10. C. h. t.

72) l. 11. ff. h. t. l. 13. C. h. t. LAUTERB. Coll. Pand. h. t. §. XIX. XXI. PAPON. Not. I. L. VII. titre des testamens milit. in fine.

73) Opp. T. II. P. I. Sect. IV. p. 38. des success. testam.

74) l. 1. ff. l. 3. C. h. t. LUDWELL. de ult. volunt. p. 324.

cos, aut commilitones suos, postremo cujuslibet generis homines amplecti voluerint supremæ voluntatis affectu, quomodo possint, ac velint testentur: nec uxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportaverint, meritum aut libertas, dignitasque quaeratur. Proinde sicut Juris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in vagina, aut clypeo, litteris sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio suo, ipso tempore, quo in proelio vite sortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet. Ceterum VINNIUS ad Inst. h. t. p. 345. alio quoque testimonio opus esse existimat, ut de tali testamento constare possit, cum vix sit, ut ex hujusmodi scriptura manus alicujus agnosci, aut per comparationem litterarum probari queat. Quamvis enim militis voluntas ultima quovis modo declarata rata sit, ea tamen legitimis probationibus ostendi debet. In eandem sententiam scribit DOMAT *Loix Civil. T. I. P. 2. L. 3. Tit. 1. Sect. 3. §. XI.* Il semble, qu'on ne confirmeroit pas un testament, qu'un Soldat écriroit sur la poussière avec son épée, quoiqu'un tel Testament soit approuvé dans la Loix 25. C. de testam. milit. Testator igitur attendat, ut in præsentia quarundam personarum hoc fiat, qui asserere possint, se vidisse testatorem ita scribentem. Quæ enim pulveri inscribuntur, cito evanescent; quæ ratio quoque convenit scripturæ clypeo insertæ; unde quamvis hic non deficiat jus, tamen plerumque deficit probatio, adeoque talis periculosa ratio disponendi militi nunquam suadenda est⁷⁵⁾.

§. XIX.

De Testamento militis nuncupativo.

Si miles testamentum nuncupativum condit, vel notis testamentum scribendum dicat, duo saltem testes requi-

75) STRYCK. *Caut. testam. C. IX. §. XI.*

runtur l. 40. ff. h. t. l. 22. ff. de testib. quoniam alio modo voluntas probari non posset, sive illi testes masculi sint, sive feminae; nihil interest; cum solius Juris Civilis solemnitas sit, solos masculos in testamentis testes esse; & in hoc omnes consentire tradit BARRY de Success. L. I. T. V. n. 1. nec opus est, ut specialiter rogati sint, cum & fortuito praesentes esse possint. Nam & specialis rogatio merum commentum Juris Civilis est. Nec obstat §. 1. Inst. h. t. & L. 24 ff. h. t. quia lex utraque continet facti speciem non juris necessitatem. Neque ratio satis dilucida est, cur ceteris omnibus solemnitatibus cessantibus haec testium convocandorum solemnitas militibus imponeretur. Contraria quoque sunt dicere nudam & simplicem voluntatem sufficere, & testium convocationem desiderare. Hinc quod Jure Gentium in testamentis necessarium non est, id etiam in testamento militis non requiritur. In eo autem cautus testator esse debet, ne facile caecos testes adhibeat; hi enim, cum id quod probandum est, non ubique accurate dijudicare possint, merito hic excluduntur, ne fallaciis & fraudibus in ultimis voluntatibus contra favorem & voluntatem militum fenestra aperiatur. Quæritur vero an solo nutu facius ac moribundus miles ad alterius interrogationem recte testetur, vel etiam nuda responsione affirmativa *ita*. Dubium est, quia, ut jam saepius dictum, militis testamentum sola nititur voluntate. Sed cum talis testandi forma periculi plena sit, verique heredes inde facile a successione excludi possint, vix hoc admittere possum, dum & militum interest, hoc pro testamento non observari, & hujusmodi exemplum non admitti, ne per hoc vera eorum judicia subvertantur 76).

76) Arg. §. 1. Inst. h. t. EVERARD. OTTO ad Inst. h. t. §. 1. VINMIUS ad Inst. h. t. §. 1. CARPZOV. Jurispr. forens. P. III. Conf. 4. def. 27. STRUVI. Exerc. 34. th. 3. LUDWELL de ult. vol. P.

Quomodo milites hodie testentur.

RICARDUS in Tractatu de Donationibus P. I. Sect. 10. Cap. 3. observavit, testamenta militaria A. 1409. in Gallia introducta fuisse, & confirmata deinde variis Ordinationibus HENRICI III. de A. 1576. Art. 31. & 1577. Art. 32. *sur la pacification des troubles*. Quibus corroborata sunt testamenta militaria ab utraque parte condita, & ut ipsis verbis utar, *de la manière dont il étoit permis de faire ces testamens dans le Droit Romain* 77). FERRIÈRE addit 78): *Ce qui a depuis été restraint par l'Ordonnance de Moulins, qui ne permet pas la preuve par témoins pour chose excédente la somme de cent livres*. Privilegium igitur a Jure Romano militibus testantibus concessum obtinet etiam in Gallia, attamen *Ordinatio Regia de Testamentis de A. 1735.* militaribus testamentis formam quandam præscripsit, a qua minime recedere possunt milites jure militari testaturi. Ad testamentum vero a milite in expeditione scriptum nulli requiruntur testes, ad nuncupativum autem requiritur præsentia duorum Officialium non infimi Ordinis, aut Commissariorum bellicorum, vel unius eorum cum duobus testibus etiam peregrinis, modo infamia non laborent, & ut illud ab Officiali vel Commissario mox in scripturam redigatur. Ordinationis verba hæc sunt: Art. XXVII. *Les Testamens, Codicilles & autres dispositions à cause de mort, de ceux qui servent dans nos armées en quel-*

II. p. 323. RICHTER. Dec. 38. GAIL. L. II. Obs. 118. n. 17. DONELLUS L. VI. c. 28. BACHOV. ad *Inst.* §. 1. h. t. REUSNER de *testam.* P. V. Cap. 10. n. 10. sq. STRYCK. *Caut. testam.* Cap. IX. §. 14. BERLICH. P. III. Conc. 5. n. 29.

77) DOMAT. l. c.

78) *Diç.* art. *testam. milit.*

que pays que ce soit, pourront être faits en présence de deux Notaires, ou Tabellions, ou d'un Notaire ou Tabellion, & de deux témoins, ou en présence de deux des Officiers ci-après nommés, savoir les Majors & les Officiers d'un rang supérieur, les Prévôts des Camps & Armées, leurs Lieutenans ou Greffiers, & les Commissaires des guerres, ou de l'un desdits Officiers avec deux témoins; & en cas que le Testateur soit malade ou blessé, il pourra aussi faire ses dernières dispositions en présence d'un des Aumoniers de nos Troupes ou des hôpitaux avec deux témoins, & ce encore que lesdits Aumoniers fussent réguliers.

§. XXVIII. Le Testateur signera les Testamens, Codicilles ou autres dernières dispositions mentionnées dans l'Article précédent, s'il sait ou peut signer; & en cas qu'il déclare ne savoir ou ne pouvoir le faire, il en sera fait mention. Seront lesdits Actes pareillement signés par celui ou ceux qui les recevront, ensemble par les témoins; sans néanmoins qu'il soit nécessaire d'appeller des témoins qui sachent & puissent signer, si ce n'est lorsque le Testateur ne sçaura ou ne pourra le faire, & à la réserve de ce cas, lorsque les témoins ou l'un d'eux déclareront, qu'ils ne sçavent ou ne peuvent signer, il suffira d'en faire mention.

§. XXIX. Seront aussi valables les Testamens, Codicilles & autres dispositions à cause de mort, de ceux qui servent dans nos armées en quelque pays que ce soit, lorsqu'ils seront entièrement écrits, datés & signés de la main de celui qui les aura faits: Déclarons nuls tous ceux, qui ne seroient pas revêtus au moins d'une des formes portées aux deux Articles précédens & au présent Article.

§. XXI.

In Germania hodie milites secundum distinctionem, quæ in Ordinat. Notar. Maximiliani I. Imp. de A. 1512. Tit. von Testamenten, §. Und sollen die Notarien occur-

rit, ultimam suam voluntatem condere debent. Ibi tres casus sunt distincti. Primus est, si milites in expeditione constituti sunt, aut in castris commorantur, tunc, quamvis in scriptis ultimam voluntatem aperiant, tamen duos testes adhibere debent, von Rittern, die zu Felde, und doch nicht im Streit wären, da wird solche Anzahl Zeugen nachgelassen bis auf zween. Secundus casus est, si in acie cum hostibus conferunt manus, quomodo velint, aut possint, testamentum condant: Aber die Ritter, die in Uebung des Streits sind, mögen ihr Testament machen, ohne alle Solemnität und Form, und wie sie wollen. Tertius casus est: Si milites nec in castris nec in proelio versantur, tunc Jure communi ultimam suam voluntatem exponant: jedoch die Ritter, so nicht in solcher Uebung und Streit, noch auch zu Felde liegen, sollen ihr Testament nach gemeinen Rechten machen 79).

§ XXII.

Captatoria heredis institutio in testamento militis reprobatur.

Cavendum tamen militibus fuit, ne captatoriam faciant heredis institutionem⁸⁰), quæ, ut in testamentis paganorum, in hereditatibus & legatis non valent⁸¹). Papinianus vero in cit. leg. non eas captatorias institutiones damnat, quæ mutuis affectionibus judicia provocaverunt, sed quarum conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis, id est, cum quis spe futuræ successions seu futuri lucri aliquem heredem instituit: Aut cum lucrum

79) GAIL L. II. Obs. 118. CARPZOV. I. c. P. III. C. 4. def. 25. RICHTER P. I. Decif. 38. n. 10. BRUNNEMANN ad l. 15. C. h. t. HAHN ad WESENBECH h. t. n. 2. STRYCK *Uf. Mod.* h. t. §. III.

80) l. 11. C. h. t.

81) l. 64. ff. de Leg. I. l. 70. & sq. ff. de heredib. instit.

fibi captat, veluti, si me heredem instituerit, heres esto. Reprobatur hæc institutio, tanquam bonis moribus contraria, & quæ in futurum tempus refertur; quia militis simplicitati non vero calliditati succurrunt leges⁸²⁾. Illa vero non improbat, quæ in præteritum est relata: ut, qua ex parte Titius me heredem instituit, ex eadem parte volo eum heredem esse, quia hoc non est captare⁸³⁾. Miles porro contra Legem Juliam fundum uxoris dotalem alienare nequit. l. 16. ff. h. t. nec libertates dare in fraudem creditorum l. 15. pr. ff. h. t. nec conditionem jurandi, aut turpem institutioni vel legatis adjicere, nam remittitur aut pro non scripta habetur, ac si id a pagano testatore factum esset. l. 29. §. 2. ff. h. t. Mulier quoque stupro cognita e testamento militis nihil capere potest. l. 41. §. 1. ff. h. t.

§. XXIII.

Miles declarare debet serio, quem vult sibi heredem esse.

Miles ita exprimere debet ultimam suam voluntatem, ne ulla dubitandi ratio supersit. Quod si igitur dixit alicui in conviviis, circulis ac congressionibus familiarium, ut quandoque fieri solet, Ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo, id pro testamento non observabitur; quia videtur magis captandæ benevolentiae causa, aut repentino actu id dixisse, quam ex animo talem heredem faciendi. Sæpe enim milites leviter sermones effundunt, & jactant magis, quam serio loquuntur. Testamentum

82) l. 3. C. h. t.

83) l. 2. pr. ff. de hered. instit. CORASIUS L. V. Misc. C. 13. FABER in Codice L. VI. T. 6. def. 11. BRUNNEM. Comm. in Cod. h. t. ad L. 11.

stamentum igitur militare non erit, si inter pocula promiserint in casum mortis, Titium fore heredem; talis enim nuncupatio tantum dicis causa prolata, & ex ostentatione magis, quam seria voluntate videtur profecta. Alioquin non difficulter post mortem militis testes existerent, qui affirmarent se audisse eum dicentem se relinquere bona sua cui visum sit, & per hoc vera judicia subverterentur, & fictus aliquis obreperet heres, cujus proinde erit ostendere militem testandi animo de rebus suis disposuisse, easque sibi reliquisse. l. 24 ff. h. t. §. 1. *Inst. eod.* Hinc & merito Domitiani damnatur memoria, de quo Suetonius in Vita ejus tradidit: *Confiscabantur alienissima hereditates, vel existente uno, qui diceret, audisse se ex defuncto, cum viveret, heredem sibi Casarem esse.* Et scite a PAULO l. ult. ff. *qui testam fac. poss.* scriptum est: *Ejus bona qui se Imperatorem facturum heredem esse jactaverat, a fisco occupari non possunt.* Ceterum inspiciendæ nihilominus sunt circumstantiæ. Si quis enim de novo militem ita loquentem quærat, an hæc sit seria ejus voluntas & miles id rursus affirmet, aliosque præsentibus roget, ut de voluntate sua testimonium ferant, tunc de liberato animo id fecisse credendum est. Actus enim geminati majorem producunt certitudinem, iisque nihil opponi potest ⁸⁴).

§. XXIV.

*An mutus & surdus miles testamentum militare
facere possit?*

Mutus & surdus natura non legebatur in militiam, quippe qui nec sacramentum præstare, nec imperium Du-

⁸⁴) D'ESPEISSES l. c. n. 82. BRUNNEM. *Comment. in Pand. h. t.* ad l. 24. VINNIUS ad *Inst. h. t.* p. 347. STRYCK *caut. test. C.* IX. §. VIII. WISSENB. ad *Inst. Disp. 18.* §. 5. LUDWELL *de ult. volunt. P. II. C. 3.* p. 321. HOPP. *Disp. de joco Cap. 4. th. 5.*

cis aut signa audire, nec tesseram accipere & reddere potuisset. Sin miles in hanc calamitatem incidit, mansitque ante caufariam missionem in numeris, valebat ejus testamentum l. 4 ff. h. t. quia paganus econtrario mutus aut furdus testamentum facere olim non potuisset, nisi prius a principe hanc impetrasset veniam l. 7. ff. *qui testam. fac. poss.* adeoque si scribere nescivit, id nunquam obtinuit. Jure novo generali lege paganis furdis & mutis testandi facultas data est, si vitium discretum l. 20. C. *qui testam. fac. poss.* militibus etiam competit, si conjunctum est, dummodo quid agant, intelligant. Pagani non possunt testari nisi per scripturam: miles vero vulneratus, cui vox ablata & aures conclusae advocatis commilitonibus & signis quibusdam manifestis declarare potest, cui res suas relinquere vult, praesupposito casu, quod mentis adhuc compos sit. Quapropter male FERRIERE scribit ad *Inst.* §. II. h. t. *Cette faculté de tester ainsi accordée aux soldats sourds ou muets étoit une espèce de privilège particulier, qui les regardoit seuls: ceux qui n'étoient pas Soldats, & qui avoient cette infirmité ne pouvoient pas autrefois tester sans en avoir obtenu par grace particuliere la permission, car le muet ne pouvoit pas prier de vive voix les témoins, & le sourd ne les pouvoit pas entendre. Mais depuis que Justinien a permis à ceux, qui sont sourds & muets de tester, quoiqu'ils ne soient point soldats, ee n'est plus aujourd'hui en la personne des Soldats un privilège particulier.* In quo secutus est, forte VINNIUM; HEINECCIUS vero in notis ad VINNII *Comment. ad Inst.* p. 348. TRIBONIANUM a VINNII censura liberavit ⁸⁵).

§. XXV.

Quamdiu militare testamentum valeat?

Militum testamenta licet alias summe privilegiata firmitatem retinent saltem usque ad annum a honesta vel cau-

85) LAUTERB. *Coll. Pand. h. t. §. IX.* D'ESPEISSES l. c. n. §.



saria missione, non vero ignominiosa; adeo ut sufficiat militem intra annum mortuum esse, licet conditio institutioni apposita demum post annum extiterit §. 3. *Inst. h. t. l. 26. l. 38. ff. h. t.* De anni spatio hanc causam affert VINNIUS ⁸⁶⁾, quod privilegia absentibus Reipublicæ causa, quales etiam sunt milites, data post eorum reditum per annum adhuc durant ⁸⁷⁾. Ignominia autem causa missi hoc privilegio non gaudent, & testamenta eorum statim desinunt jure militari valere ⁸⁸⁾, quia præmii loco beneficium tantum tributum est ⁸⁹⁾. Quodsi Duces exercitus, Tribuni aut Præfecti successorem acceperint, ex verbis quidem constitutionis hoc privilegium habere non videntur, quod testamenta eorum adhuc intra annum valerent; quia successorem accipientes proprie missi non sunt, & constitutio vult, ut testamenta militaria usque ad annum a missione computandum tantum firma maneant ⁹⁰⁾. Attamen par ratio est Ducum, quippe qui æque, imo magis proficientes reipublicæ, ac pericula pro patria subeunt non deterioris conditionis esse debent, quam gregarii milites. ULPIANUS quoque non dubitat Edictum de his, qui notantur infamia, quod de missis loquitur, ad eos extendere, quibus successores dantur ⁹¹⁾. CUIACIUS igitur ad AFRICANUM Tract. IV. ad d. L. 21. ff. h. t. & VINNIUS etiam ad hos beneficium extendendum esse existimant. D'ESPEISSES ⁹²⁾ circa hanc rem addit: *Les Ducs, Comtes, Marquis, ni même les Princes, qui reconnoissent un Supérieur, ne jouissent pas du privilege des soldats. Il en*

86) l. c. p. 349.

87) §. 2. *Inst. de excus. tut.*

88) l. 26. ff. h. t.

89) *Arrêts de Papon L. VII. titre des testamens militaires.*

90) l. 21. ff. h. t.

91) l. 2. pr. & §. 2. ff. de his qui not. infam.

92) *Opp. T. II. P. I. Sect. IV. §. X.*

est autrement des Princes, qui ne reconnoissent aucun Supérieur. Ordinatio vero Regia de Testamentis de A. 1735. cum locis citatis semper verbis utitur, ceux qui servent dans nos Armées, non videtur eos excludere. In Gallia porro milites originis Gallicæ pro peregrino principe cincti, si bellum a Rege non fuerit approbatum, hoc privilegio non utuntur. — D'ESPEISSES l. c n IX. ubi: Les soldats qui combattent pour un Prince étranger en guerre étrangère, qui n'est pas approuvée par le Roi, ne jouissent pas de ce privilege; comme il a été jugé en la Chambre de Castres sur la fin de l'année 1617. par Arrêt donné en audience présens Messieurs de Vantadour & de la Vonte, sur un Testament fait en Piémont par François Quincy en faveur du Sieur de Viol. Juxta Art XXXII. citatæ Ordinationis de A. 1735. testamenta militaria non solum a militibus sed etiam a paganis jure militari condita valent intra semestre tempus, ex quo testator venit in locum, in quo solennibus adhibitis testari potest; quod d. Art. Rex Clementissimus ita exposuit: Les Testamens, Codicilles & autres dispositions à cause de mort mentionnés dans l'Article précédent, demeureront nuls, six mois après que celui qui les aura faits sera revenu dans un lieu, où il puisse avoir la liberté de tester en la forme ordinaire; si ce n'est qu'ils fussent faits dans les formes, qui sont requises de Droit commun dans le lieu où ils auront été faits. FERRIÈRE vero ⁹³⁾ huic §. XXXII. subjunxit, quod testamenta militaria in Gallia etiam quibusdam in locis consuetudinis legi subjaceant non solum intuitu ætatis testandi, sed etiam quoad prohibitionem testandi de propriis ultra certam bonorum quantitatem.

§. XXVI.

De milite in transitu Civitatis per epistolam testante.

Coronidis loco duos casus adjicere lubet quos cl.

39) *Diç. art. testament militaire.*



STRYCKIUS *Cautelis Testamentorum & Usui Moderno Pand.* inseruit, qui quo graviore sunt, eo facilius bellica tempestate quacunq̄ evenire possunt. Supra §. XVIII. militis ultimam voluntatem quovis modo declaratam valere, ostendimus, modo expeditus sit ad confligendum cum hoste. STRYCKIUS hoc loco in *Cautel. Testam. Cap. IX. §. XXVI.* casum affert de milite civitatem transeunte: ut hosti obviam eat, qui ibi testamentum condidit, quæsitum est an istud sine testibus sit validum? sequenti modo responsum est in Collegio Juridico Academiæ Francofurtanæ d. 6. Aug. 1675.

CASUS.

Hat Rittmeister B. da Er von S. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg, unserm gnädigsten Herrn, schleunigst beordert worden, mit seiner Compagnie gegen den Feind zu marschiren, im Durchmarsch zu Magdeburg einen Brief sub dato d. 12. Jun. An. 1675. an seine Schwester E. S. V. B. aufgesetzt, des Inhalts, daß, wenn er in der bevorstehenden rencontre mit denen Schweden bleiben würde, gedachte seine Schwester alles, was erworben, nicht allein am Gelde, sondern auch an Silbergeschirre behalten sollte, darauf er auch wenig Tage hernach in dem harten Treffen bey Fehrbellin geblieben, und jezo I. gefragt wird: Ob vorewehnter Brief als ein letzter Wille eines Soldaten gelten könne oder möge? Ob nun wohlgedachter Brief von keinen Zeugen unterschrieben, und er damals noch nicht in der Schlacht gewesen, da er solchen Brief aufgesetzt, der Kayser Maximilianus aber klar verordnet, daß diejenige, welche zwar zu Felde, aber nicht im Streit wären, zween Zeugen adhibiren sollen, Ord. Notar. de Anno 1512. Tit. von Testamenten §. Und sollen die Notarien, welches um so vielmehr, wenn ein Soldat in einer Stadt sein Testament aufsetzen wollte, statt finden müste. Weil aber dennoch I. der Rittmeister B. tempore conceptæ Epistolæ an keinem Ort stille gelegen, sondern bereits im schleunigen

Marsch begriffen gewesen; wie denn seine Compagnie gleich durch Magdeburg marschieret. II. Solcher Marsch auch recta auf den Feind losgegangen, und so wohl dem gedachten Rittmeister, als auch seinen unterhabenden Reutern, keine Zeit zum stille liegen vergönnet worden. III. Sie auch den Feind, so bald sie vor ihn kommen, wirklich angreifen, und mit demselben schlagen müssen; und also IV. der Marsch und die Schlacht pro unico actu continuo bislig zu achten; indem kein Intervallum temporis oder actus extraneus darzwischen kommen, arg. l. 137. ff. de V. O. und also V. einerley ist, in pugna seyn, oder gleich ad pugnam gehen, cingendus enim habetur pro cincto l. pen. ff. de testam. milit. & in expeditione sunt, qui sunt expediti & parati ad pugnam, sive sint in conflictu & proelio, sive in procinctu ad confligendum. Hahn. ad Wesenbec de testam. milit. n. 2. in med. Wie denn auch VI. bey sothanen Marsch eadem ratio gewesen, nemlich, daß so viel Zeit nicht übrig gewesen, daß in praesentia testium ein Testament hätte aufgerichtet werden können, immahen auch ein präjudicium von einem Rittmeister, welcher im Marsch verstorben und dessen geschriebener letzter Wille dennoch vor gültig erkläret worden, zu befinden ist bey dem Richter. decif. 38. n. c. in med. Ueber dem VII. in dubio allemal pro dispositione militari zu erkennen ist. Gail l. II. Obs. 118. p. 2. So halten Wir davor, daß auch angezogener Brief des Rittmeisters B. pro ultima voluntate militari wohl könne besehen. V. R. W.

§. XXVII.

An sufficiat si miles in conflictu lethaliter vulneratus sit, sed extra conflictum testetur.

Supra §. XXI. dictum est militi, qui nec in castris nec in acie verfatür, secundum Jus commune ultimam vo-

luntatem exponendam esse; STRYCKIUS vero in *Usu Mo-*
do Pand h. tit. §. IV. existimat hoc ita intelligendum esse,
 si extra belli statum positus est, ut commode jure comu-
 ni testari queat. Quæstionem igitur movet, si miles in
 conflictu lethaliter vulneratus extra conflictum testetur,
 an hoc testamentum Jure militari sit validum? quod af-
 firmat alio responso M. Jan. 1705. dato quod sequens fuit:
 Hat Hauptmann H. F. von S. als er unweit Nördlingen in ei-
 ner action von dem Feinde verwundet worden, sich darauf nach
 Nördlingen bringen lassen, und daselbst ein Testament, jedoch
 ohne gehörige Solemnitäten vor 4. Zeugen gemacht, und will
 nun dieses Testament von dem S. impugniert werden, deshalb
 gefraget wird: ob der Verstorbene S. in Nördlingen jure mi-
 litari testiren können?

Ob nun wohl dazumal der Testator weder in expeditione
 ipsa, noch in castris gewesen, noch auch in præsidis, in-
 dem Nördlingen damals in so großer Gefahr nicht gestanden, folg-
 lich da S. Zeugen genug haben könnten, auch in Sicherheit gewe-
 sen, es das Ansehen gewinnet, daß solches Testament jure mili-
 tari nicht bestehen können, und weil die requisiti juris commu-
 nis ermangeln, vor nutz und nichtig zu halten.

Weil aber dennoch allhier wohl auf den Grund der Gesetze
 zu sehen, warum nemlich sowohl die Römische Rechte, als auch
 hernach die Reichs-Ordnungen denen Soldaten so große Frey-
 heit zu testiren verstatet, nemlich nicht sowohl propter con-
 ditionem loci, als propter summum periculum quod su-
 stinent reipublicæ causa, und dann solche ration sich vornem-
 lich in diesem casu findet, da der testator nicht allein in Gefahr
 gewesen, sondern auch in conflictu tödtlich blessiret, und also
 den Schaden schon wirklich davon gehabt, daß er wider den
 Feind nicht mehr streiten können, und in solchem Zustand das
 Testament aufgerichtet, da die Gefahr des Todes noch bey ihm
 aus der vom Feinde empfangenen Wunde, ob er gleich nach Nörd-
 lingen gebracht worden, continuiret, er auch, weil er den

Tod vor Augen gesehen, nicht lange Zeit gehabt, ein ordentliches solennes Testament zu machen, gleichwie er denn bald darauf verstorben, und dahero solches billig davor zu halten, als ob er in ipso loco conflictus das Testament gemacht, und also dieses alles pro uno actu continuo zu achten, folglich hier der Casus gar nicht ist, da ein Soldat extra periculum in einer Stadt ein Testament machet, sondern solches ex benigna interpretatione ultimæ voluntatis tam privilegiatæ pro testamento militis in expeditione seu in castris condito wohl geachtet werden mag. So ist dahero dieses Testament jure testamenti privilegiati militaris vor beständig allerdings zu achten. B. N. W. Eodem modo judicatum est in Parlamento Parisiensi, de quo d'ESPEISSES l. c. scribit: *Si un soldat qui étoit au camp, s'est retiré en une ville pour faire son testament, ce testament vaudra par privilege militaire, comme s'il étoit fait au camp, & ainsi a été jugé au Parlement de Paris séant à Tours le 15. May 1592. LOUET Lettre T. Chap. VIII.*

FINIS.



THESES MISCELLÆ.

I.

Immunitate & privilegio nundinarum gaudent, qui in
ipsis nundinis contraxerunt.

II.

Chirographo ab hostibus occupato, debitum non
occupatum intelligitur.

III.

Hodie proprie poena criminalis est, quæ corpus afficit.

IV.

Cum extraordinaria persecutione stellationatus con-
currunt actiones rei persecutoriæ.

V.

Confusione tollitur obligatio, cum creditor debitori,
vel contra, debitor creditori heres existit.

VI.

Mora unius ex correis debendi alteri non nocet.

VII.

Actiones Jure Gentium inventæ sunt.

VIII.

Precarium non finitur morte concedentis.

F

IX.

Debitor, qui occasione acquirendi non utitur, e. g. qui hereditatem sibi delatam repudiat, in fraudem creditorum non alienare videtur.

X.

Suus heres potest usucapere pro herede.

XI.

Præstatio donationis inter vivos, salva ejus substantia, conferri potest in casum mortis.

XII.

Maritus excluditur a successione uxoris, si eam occiderit, in adulterio deprehensam.

XIII.

Donatio simplex non confertur.

XIV.

Missio in univërfa bona, quam legatarius, herede legatorum nomine satisfacere detrectante impetrat L. 5. §. 5. & L. 13. ff. *Ut in possessionem legator, vel fideicommiss.* a Justiniano non abrogata est.

XV.

Detractio quartæ Falcidiæ verbis æquipollentibus a testatore non prohiberi potest.



Straßburg, Diss., 1776-93

ULB Halle

005 359 813

3







JRALIS JURIDICA

ARI
MENTO

7783,3.

10

ETO
RUM ORDINIS
ENTIA
DOCTORIS

E JURE
ENDI
R. S. MDCCLXXXIII.

ENDET
ISCUS CAROLUS
DURAND

I S.

c.

RATI

Univerlitatis Typogr.

